



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus**

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Prima Classis. In Qva Avctorvm damnatæ memoriæ Opera edita, &c. D

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)



## PRIMA CLASSIS

IN QVA

AVCTORVM *damnata memoria* Opera edita, &c.

## D

DANIEL Angelocrator.

Alias, *Engelhart*, Germanus. Corbachien-  
sis, & Pastor Marpurgensis, ex Auctori-  
bus Conciliab. Dordrecht. Theologus,  
& Historiog. Luthero-Zuinglianus.  
Eius omnia.

DANIEL Arcularius.

German. Theologiae Luther. Augustanae  
confessionis, scribebat, & edebat Theo-  
logica. Francof. & Marpurgi ab anno  
1593, usque ad 1607.

DANIEL Bernardus Eishel-  
mius.

Embdanus, subscriptor Synodi Dordre-  
chtanae.

DANIEL Bodenbergius.

Seu, *Bodenborgius*, Germ. Theolog. Luther.  
Augustanae confessionis, scribebat, &  
edebat controversa, Magdeburgi 1569.

DANIEL Chambutus.

Theolog. & Poëta, Minister Calvin.

DANIEL Chamierus.

Delphinus. Theol. Calvino-Zuinglianus,  
scribebat calumnias contra Iesuitas,  
Genevæ 1599. 1600.

DANIEL Cramerus.

Seu, *Mercator*, Germanus, discipulus Poli-  
carpi Leyleri, Theolog. Luther. Augu-  
stanae confessionis, scribebat, & edebat Witte-  
bergæ, Hamburgi, Argentorati, ab  
anno 1595. usque ad 1608.

Eius Synopsis in Lib. Rhetoricorum  
Aristotelis permittitur, apposita tamen  
nota Auctoris damnati, & operis per-  
missi.

DANIEL Colonius.

Leidenfis, ex Auctoribus Dordrechtani  
conciliabuli, Calvinianus.

DANIEL Fettius.

Seu, *Festius*, German. Theologus, Luthera-  
nus, Augustanae confessionis, scribebat,  
& edebat Hamburgi, apud Froben.  
1605.

DANIEL Greiferus.

German. Theol. Luther. August. confess.  
scribebat, & edebat. Francof. 1581.

DANIEL Heinsius.

Gandensis, Belga, Bibliothecarius, & Pro-  
fessor Leydenfis, Secretarius Concilia-  
buli Dordrechtani, Poëta, Polilogus  
Historicus, Calvinianus.

Eius in *Aristot. Politic.* Libros octo,  
perpetua paraphrasis, Lugdun. Batavorum  
1621.

Eiusdem *Interpretatio Notæ, & Emen-  
dationes*, in Maximum Tyrium, Lugdun.  
Batavorum 1607. Apud Ioan. Patium.  
Per-



Permittuntur apposita nota Auctoris damnati, & operis permisi.

EIVSDEM de *Contemptu mortis*, Libri quatuor, Lugd. Batavorum ex officina Elzeviriana 1621.

Apposita simili nota permittuntur. Quamquam monendus Lector, bonum ut in sensum trahat, quod parum proprijs verbis exponit Lib. I. pag. 122. cum ait, animâ & corpus humanum hypostaticè uniri: quod intelligendum, ex illorum unione confurgere hominem & hypostasim. — Et quod libro 4. à pagin. 167. dum loquitur, de *ficticia in Christum Dominum*: ne plus soli fidei, ex sectatorum errore tribuat, quam Doctrina Ecclesiæ orthodoxæ permittit, & docet.

EIVSDEM *Note & observationes*, in Hesiodum, & alios Poetas Græcos, ex officina Plantiniana Raphelengij 1603.

Permittuntur apposita nota, simul cum dedicatoria ad Ordines confederatos, & prolegomenis in Hesiodum, atque ipsius Hesiodi vita, & alijs Græcis præfationibus.

Tum præterea permittitur, *Introductio* in doctrinam, quæ in libris Hesiodi continetur.

Vide etiam in Petro Scriverio, *Animadversiones in Senecam Tragicum* Prima Classe.

EIVSDEM prolixa epistola ad Iacobum Primerium, *An & qualis literato viro uxor sit ducenda*, quæ permittitur inter Baudij epistolas, adhibita nota, quæ etiam epistola circumfertur cum alijs opusculis excusis Lugd. Batavorum, apud Godefridum Bafson 1616. Cui adiuncta est, eiusdem Heinsij epistola de *Poetarum ineptijs, & sæculi vitio*, quæ similiter permittitur apposita nota.

EIVS item *Latus Pediculi ad conscriptos mendicorum patres*. — Item, *Epicedium Cerepiti, defuncti*, ad Petrum Scriverium. — Item, *Cento Virgilianus*. Item ad Dominicum Baudium, de *Morte uxoris*, in cuius initio, post illa verba, *Officium prætermisisti*, dele tres lineas, usque ad *Functam his calamitatibus*.

Item epistola ad Hugonem Grotium, cum *Hymno conviviali in amorem*. — Accessit, *Appendix Orationum funebrium*, in obitu aliquorum animalium, incerto quodam Italo auctore, quæ omnia permittuntur. — Cum nota solita auctoris damnati & operis permisi.

EIVSDEM, *Note, lectiones, & epistola*.

Vide in Iosepho Scaligero, in Theocritum.

Item eiusdem in, *Aristotelis Politicam*, Recensio, & notæ Lugduni Batavorum, apud Ioannem Balduinum 1611. permittitur apposita sua nota.

EIVSDEM Aristotelis de Poëtica libri, *Recensio, Interpretatio, Nota*. — Item eiusdem, de *Tragædiæ constitutione*. Lib. Lugduni Batavorum apud Ioan. Balduinum. 1611. permittuntur apposita nota. — Item eiusdem in, *Qu. Horatii Flacci opera Animadversiones, & Nota*, Lugduni Batavorum, apud Elzevirium 1612. cui adiunctus est liber de *Satyra Horatiana*. — Item, *Animadversiones & Nota*, Auctoris in Horatium, & in librum de *Satyra*, apud Elzevirium 1612. cum dedicatoria, quæ incipit: *Redit ad te Flaccus*, & præterea præfatio ad Lectorem. — Item eiusdem in, *Andronici Rhodij Ethicorum Nicomacheorum paraphrasim*, Interpretatio, & præfatio, sive dedicatio prolixa cum alia præfatione ad Lectorem, Lugduni Batavor. excudit Ioannes Patius 1617. — Item Theophrasti, *Recensio, & Interpretatio*, passim interpolata, Lugduni Batavorum, ex typographæo Henrici ab Haestens. Omnia hæc permittuntur cum solita nota.

EIVSDEM Poemata ex editione 4. Lugduni Batavorum apud Ioannem Oilers 1613.

Post affixam notam Auctori, & operi, in epigrammate Scaligeri in Elegias Heinsij, Scaligero adhibe notam damnati Auctoris. — Idemque præstandum in epistola Hugonis Grotij ad Heinsium.

In Libro, qui inscribitur, *Manes Scaligeri*, dele titulum. — Et pag. 129. dele titulum Apotheosis. — Et pag. 31. post versiculum 9. & illa verba, *Tellicoque recepit*, dele reliquum huius primi poematis. — Et pag. 132. dele titulum, qui incipit, *In defectum Lune, &c.* Dele item titulum epitaphij tertij. *Temporis emendatorij*, & sequentes, qui incipit, *Iosepho Scaligero &c.*

In *Manibus Lipsij*, pagin. 154. dele titulum, qui incipit, *Eiusdem ad Iosephum*, &c. & sequentem, qui incipit, *Ad eundem & alterum*. — Et Pagina 159. dele titulum, *Manes Donsici*.

EIVSDEM *Orationes*. — P. 410. in Homilia 17. de Passione, expunge, *Ceterum nunc*, usque ad, *reperiri posse*, inclusive. — Item pag. 423. expunge priores 11. lineas. — Item pag. 424. dele à linea 5. usque ad illa

DICES  
librorum  
HIBITORUM  
E. V.  
24.



illa verba, *Latronem enim*, exclus. — Item pag. 436. ad medium, expunge 3. lineas ab illis verbis, *Ego peccavi*.

**E**IVSDEM *Nota in Silium Italicum*, seu, *Crepundia Siliana*, ex officina Plantiniana apud Raphelengium 1600.

Post adhibitam notam Auctoris damnari, & operis permisi cum expurgatione. — Pag. 311. adhibenda est eadem nota Danieli Heinio, & pag. 312. & 313. adhibenda est nota damnationis Scaligero. — Postea adhibenda est nota damnationis Auctoris Poematum in laudem Heinij, Bonaventurae Vulcanio, Petro Scriverio, & Elię Putschio.

**E**IVSDEM *in Theodorum Lectiones Notae*, &c. Vide 1. Class. verbo *Isaacus Casaubonus*.

**E**IVSDEM verò in obitum Iosephi Scalig. Orationes duæ, quibus accedunt Epicedia, omnino prohibentur.

**E**IVSDEM verò Homilia in locum Ioann. c. 17. vers. 9. in qua de *Electione*, & qua ab ea pendent, quinque articulorum doctrina agitur. Lugduni Batav. sumptibus Iacobi Elzevirij 1625. prohibetur omnino. — Sicut etiam interdiciuntur, *Belgica Poemata*, in quibus præcipuus Hymnus, quo tota Ecclesiæ doctrina continetur, cum Annotationibus perpetuis, &c.

**E**IVS autem annotationes in Clementis Alexandrini opera edit. Paris. 1629. Vid. lit. C. Class. 2. in Clementem Alexandrinum.

DANIEL Hofmannus.

German. Theol. Professor Iuliacensis, Luther. August. confess. scribebat, & edebat Langovix, Hemstad.

DANIEL Liqueius.

Seu, *Liquetus*, seu, *Licqueus*. Gallus, Theol. Calvinio Zuinglianus. Hannovix, apud Vvechel. 1607.

DANIEL Lunkkerus.

DANIEL Plancius.

Delphensis, Professor, Calvin. Medic.

DANIEL Michaël.

German. Theolog. Luther. Augustanę con-

fessionis, scribebat Vvirtemberg. apud Zachariam Schurerium 1609.

DANIEL Mollerus.

German. I. C. Lutheranus. Omnia eius opera.

DANIEL Semestus.

Seu, *Hemestus*, Medicus.

DANIEL Rixingerus.

Seu, *Rifinger*, Philos. scribebat, de *Prædicationibus*, Argentorati apud Bertramm 1605.

DANIEL Saxo, Philos.

DANIEL Sanbech.

Seu, *Sanbechus*, seu, *Sanbach*, Noviomagus Astronomus, Luther.

**E**IVS *Problematum Astronomicorum*, & *Geometricorum* sectiones septem. Basileæ per Henticum Petri, & Petrum Pernam 1561.

Initio Libri affige notam damnati Auctoris, & operis, cum expurgatione permisi. — In epistola dedicatoria, quæ incipit, *In hac turbulenta*, &c. pag. 1. ante medium, à linea, in qua legitur, *At postquam Diabolus*, dele septem lineas, usque ad, *hanc tantam corruptelam*, exclusivè. — Pag. 2. lin. 4. à fine, post illa verba, *Inutilem redditam obtineant*, dele 12. lineas usque ad initium, p. 3. & illa verba, *Tamen res ipsa manifestissime*, &c. exclusivè. — Et in fine eiusdem pag. 3. lin. 3. à fine, dele: *Non multo ante hæc tempora paulatim melioris eruditionis lux emicaret*. — Et pag. 4. paulò post medium dele. *In his postremis temporibus accensa*, & per totum ferè orbem sparsa. — Et in eadem pag. 4. lin. penult. post illa verba, *At ipsa loquetur apertissime*, dele sex lineas usque ad initium pag. 5. & illa verba, *Quibus autem fuerit*, exclus. — Pag. 8. paulò ante medium, post illa verba, *Gratam recordationem attollere*, dele duas lineas, & integrum sequens Epigramma Græcum.

DANIEL Souterius.

Sive, *Sauterius* Philologus Calvinianus.

EIVS



Eius *Palamedes*, sive, *de Tabula Lusoria*, *Alea*, & varijs ludis, libri tres. Lugduni Batavorum, ex officina Isaaci Elzevirij 1622. permittuntur.

Præfigenda nota damnati Auctoris, & operis, cum expurgatione permitti.

Ex lib. cap. 8. pag. 52. ante medium, post illa verba: *Iste nomen acceperit*, dele quatuor lineas, usque ad §. *Herodotus tesseraum*, exclus. — dele notatiunculam marginalem, *Alea miles*, &c. Alia verò eius opera prohib.

DANIEL Schaller.

Marchia: Superintendens, Luth.

DANIEL Stahlus.

Seu, *Stalens*, Philos. Germ. Luther.

DANIEL Tavellus Panten.

Gallus, Poëta.

DANIEL Tossanus.

German. Theolog. Luthero-Zuinglianus, qui scribebat contra Arturum Iesuitam, pro cœna Lutherana. Heidelberg. 1590. Et contra Tyræum Societatis Iesu 1590. Scripta eius edebantur Hannover. 1604. 1606. & Ambergæ, Neapoli Nemetum, &c.

DANIEL Zangerus.

German. Philologus, Luther. scribebat Wirtemberg. 1609.

DAVID Chytræus.

Germanus, Theol. & Historic. Luther. August. Confess. scribebat ab anno 1555. eius scripta publicabantur in omnibus ferè hæreticis typographiis, Wirtembergæ, Illebia, Lipsiæ, Helmstadij, Argentina, Rostochij, Marburgi, Hamburgi, Argentorati, &c.

Davidis Chytræi, *De lectione Historiarum recte instituenda*, opusculum excussum est, cum Antonij, Riccoboni, Rodigini, libro *De Historia*. Basileæ, apud Petrum Pernam, anno 1579.

In operis inscriptione, pag. 452. post illud, *David Chytræus*, adde, *Auctor damnatus*.

tu, hætenus prohibitus, Opus verò cum expurgatione permittum, & dele totam epistolam sequentem, quæ incipit, *Certissimum est à Deo ipso*, &c.

Pag. 462. ad finem §. *Sed non civilis*, ibi, *Et totius nostræ Religionis*, dele, totius. — Et deinde, ibi: *Nam tota doctrina*, dele, tota — Et pag. 463. eod. §. post illud, *Testimonijs miraculorum*, dele usque ad, *Vult scire*, excl. — Ead. pag. 463. in fine §. *Plurimum etiam*, post illud, *Et indicia conducunt*, dele usque ad §. *Discrimen etiam*, excl. — Pagina 465. sub initium §. *Deinde Regnorum*, post illud, *Defendit, & servat*, dele usque ad, *Verbo suo*, exclus. — Pagina 467. ante med. §. *Præterea omnes*, ibi, *Tota Theologia*, dele, tota. — Et ibi, *Exposita continetur*, scribe, *exposita præcipue continetur*. — Pagina 469. sub initium §. *Temporum mundi*, ibi, *aptissime distributa est*, post, *distributa est*, dele usque ad §. *Vi autem assidue*, exclus. — Pagina 506. in fine §. *Antonij Sabellici*, post illud, *Argentinenensis*, dele usque ad, *Historica Synopsi*, exclus. — Pag. 507. initio §. *Ioannes Sleidanus*, post vocē, *Sleidanus*, dele usque ad, *Historiam electionis*, exclus. — Et post illud, *Regibus gestarum*, dele usque ad, *descripsit* exclus. — Pagina 511. ante med. §. *& si autem*, post, *Apostolorum*, dele, *& si autem*, & post illud, *doctrina Evangelij*, dele usque ad, *etiam doctrina controversias*, exclus. — Pagina 515. versus fin. expungatur totus §. *Quod autem Poeta vetus*, &c. usque ad titulum, *Argumentum historie Herodoti*, exclus. — Pagina 516. ad med. §. *Vult Deus legi*, ibi, *ad timorem Dei, & fidem*, dele, *& fidem*. — Pag. 547. in fine §. *Quod ad meam imbecillitatem*, post illud, *si nihil aliud*, dele usque ad illud seq. pag. initio, *Thucydidis prælectionem*, exclus. — P. 551. à medio §. *Tertius locus est*, post illud, *Seditionis Corcyreæ*, dele usque ad finem §.

Cætera verò eius scripta, quæ plurima sunt interdicuntur.

DAVID Crusius.

*Criminensis*, Philosophus & Medicus Erfurtensis.

Eius *Theatrum morborum Hermetico-Hippocraticum*, Erfurti, Typis Mechlerianis 1616.

Permittitur adhibita nota, Auctoris, & operis.

Y DA-

DICES  
librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.



DAVID Doringus.

I. C. Luther.

Eius, *Bibliotheca Iuriconsultorum, Theorico-Practica*, &c. Francofurt. apud Clementem Schleich. prohib.

DAVID Georgius.

Ex Delphis.

DAVID Hœschelius.

Auctor iste, Lutheranus licet, varia edidit veterū Auctorum Græcorum opuscula cū scholijs, in quibus vix occurrit, quod offendant: exceptis epistolis dedicatorijs, quæ plerumque sunt ad hæreticos.

**P**ERMITTUNTUR itaque eius Epistola Dedicatoria, & notæ in Photii Bibliothecam, sed apposita nota Auctoris, & operis permitti.

Illustravit præterea, aut recognovit versionem ex Græco Philonis Iudæi, ut præfertur in Philonis operum editione Græco-Latina. Aureliæ Allobrogū, apud Petrum de la Roviére anno 1613. Apponenda itaque Hœschelio, nota Auctoris damnati.

EIVSDEM *Nota in Alexiados Libros octo* ab Anna Commena de rebus à Patre gestis scriptos, Augustæ Vindelicorum 1610.Eius Dedicatoria ad Septem-viros Augustanos. Item ad *Lectorem monitio*. Permittuntur apposita nota damnati Auctoris, operis verò permitti.EIVSDEM *Notationes in quinque opuscula S. Gregorij Nysseni*. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana, apud Raphel. anno 1593. apponatur tamen supradicta nota, cum sequenti expurgatione.Ex epistola Dedicatoria, quæ sequitur post Libri faciem, & incipit, *Vetus est dictū*, &c. Pagina 4. ad medium, dele, *Vt Iudæis etiam gratificaretur*. — Et pagina. 5. lin. 3. ab initio, post illa verba, *ad eundem ipsi modum*, dele lineam, usque ad, *Germanum veritatis*, &c.Item eiusdem *Nota in Philonis Iudæi opuscula tria*. Francof. apud Ioannem Vvichelum 1587. permittuntur apposita nota prædicta.Item eiusdem *in Hieroglyphica Horapolinīs*, additæ Notæ Augustæ Vindelicorum 1595. permittuntur.Affigenda verò initio libri, & pagina 167. Hœschelio *sua Nota*, & operi, &c.

vide etiam in Ioanne Mercero. 1. Class.

EIVSDEM in *Andronici Rhodij Peripatetici de animi affectionibus*. — Item in *Antonymum, de virtutibus, & vitijs*. Præfatio, & variae lectiones. Lugduni Batavorum, excudit Ioannes Patius 1617. — Item eiusdem Dedicatoria, *Dictionarij Latino-Græci*, Martini Rulandij, Augustæ Vindelicorum typis Michaëlis Mangeri, anno 1600. Permittuntur cum superiori nota.EIVSDEM Epistola ad Ioannem Vvenerium. Vide in *Ioanne Fuoverio*. 1. Class.

DAVID Kiberus.

Germ. Argentinenfis, Theol. &amp; videtur etiam Medicinam attigisse, Luther.

**E**IUS *Meditationes Grammaticæ*, ex Theonis Ieremiæ desumptæ. Basilæ 1599. apud Henric. Petri, corrigendæ.Præfige notam *Damnati Auctoris*, & operis, cum expurgatione permitti. — Ex cap. 1. vers. 9. pag. 94. lin. 4. ante finem, dele, *Nescio quid sequutus, cum verba longe ante doceant*. — Versic. 14. pagina 110. ad medium, dele, *Quid sequutus sit, ipse videtur*. — Versic. 20. pagina 148. paulò ante medium, dele, *Nescio quid sequutus sit*. — Et cap. 2. vers. 1. pag. 167. lin. 4. à principio post illa verba, *circumit motu*, dele quatuor lineas, usque ad, *scilicet quod*, excl. — Et pag. 168. in medio, dele, *Magis argute, quæ verè*. — Pag. 186. vers. 7. post medium, dele illa verba, *id est altare*, dele quatuor lineas usque ad, *radix illius*, exclus. — Versic. pag. 218. dele, *Lutheri*, nomen, & ubi deinceps occurrit, videlicet pag. 219. 246. — Ex cap. 3. vers. 28. pag. 275. ad medium dele, *Nescio quo sensu*. — Vers. 39. pag. 281. lin. 5. ab initio, post illa verba, *in gratiam studiosorum*, usque ad, *in XI. Nu.*EIVSDEM *Tabula de re Grammatica*, Basilæ, apud Henric. Petri. simili modo permittuntur adhibita præscripta nota Auctoris, & operis.

Alia verò Kiberi opera, prohib.

DAVID Lobecheus.

Seu, *Lohach*, Theolog. Luther. August. confessionis, scribebat Wirtemberg. 1599.

DAVID Origanus.

Glasensis, Silesius Professor Brandeburgicus, Astronomus Lutheranus.



EIVS *Ephemerides* Brandenburg. annorum sexaginta, Francof. 1599. typis Ioannis Eichhornij 1609.

Ex tomo I. incipiente ab anno 1595. & desinente in annum 1615.

In prima libri facie adscribe Auctori notam damnati, & operis cum expurgatione permitti.

In dedicatoria ad Ioannem Sigismundum, quæ incipit, *Quod de verbis*, pag. 2. post septem lineas, & post illa verba, *Animadversionem in se concitavit*, dele septem sequentes lineas, usque ad, *At quia certum est*, exclusivè. — Et in eadem pagin. lin. 4. à fine, ubi incipit: *Hanc ergo posteriorem*, &c. appone in margine: *Doctrina hæc, quæ ferè excurrit ad finem dedicatorie, de naturali motu terræ, etiamsi non sit illa Copernici sed qualiscumque alia, est iam parum tuta, & periculosa in fide, atque adeo in speciem valde adversa nonnullis scriptura locis, quantumvis Origanus contendat scripturam aliorum trahere, imò videtur damnata peculiari quodam edicto Pauli V. anno 1616.*

In parte verò maximè tertia, huius tomi primi, ubi agitur de significationibus, & aspectibus Astrorum, tum etiam de illorū effectibus, & iudicijs, Genethliacis, expungenda omnia, quæ constituent, vel doceant efficaciam, vel influentiam astrorum super humanos, & liberos actus, vel super ea, quæ prorsus pendent à libertate humana: neque solum à naturali quadam, vel humorum complexione, vel nativa corporis, & humorum propensione.

EIVSDEM volumen alterum quod inscribitur: *Ephemerides novæ annorum 36. ab anno 95. quo Stadiane incipiunt aberrare*, usque ad annum 1630. Francof. ad Oderam 1599. vel eadem annorum priorum 30. incipientes ab anno 1595. & desinentes in annum 1624. 1609. sic expurgandum.

In fine voluminis §. recoluntur, dele, sine superfluitate, & inferius, ubi legitur, *solum in meritis Christi*, dele vocem, *solum*. — Et post illa verba: *Pater celestis*, dele duas lineas usque ad finem §. — Et in fine post verbum, *præceptis*, dele, *ritè retractatis*. — Cætera verò ubi aliquid Religiosum attingit de Calendario, de Sanctis, de Epistolis, de Evangelis Missarum, cautè sunt legenda.

Tertium, quod inscribitur annorū posteriorum 30. incipientiū ab anno Christi 1625. usque ad annum 1654. *Ephemerides* Brandenburg. &c. Francof. Cisiadrum.

In *Ephemeride* anno 1625. mense Ianuario lin. penult. ubi legitur, *Summo Imperatori Divo*, dele, *Summo, & Divo*. — Et eodem anno mense Aprili ad finem pag. dele, *Ecclesius reformatis*. — Et inferius, *quem merito tenet*, dele, *merito*. — Anno 1626. mense Decembris in fine pag. dele, *Cuiusmodi sunt*, usque ad finem.

DAVID PARCÛS.

Germanus, Theologus, & Chronologus, Luthero-Zuingli. Professor. Heildelbergenfis.

EIVS Oratio Chronologica, de *Quæstione V. Chronologia integra ab Adamo ad Christum ex sola Historia sacra haberi possit*, &c. Lugduni Batavorum, ex officina Henrici Ludovici ab Haestens 1607. emendanda.

Apponenda in prima libri facie nota damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permitti, & in inscriptione Libri, post illud, *ad Petrum Elignerum*, dele reliquum inscriptionis. — Deinde præcedenda epistola ad Clignerum, quæ incipit, *Quam nuper meditando*, &c. cum inscriptione.

EIVSDEM de eadem q. *Oratio Chronologica altera*. Heidelberg. apud Vogelini. permittitur cum simili nota. Cætera verò eius Scripta prohib.

DAVID RHODIUS.

German. Theol. Luther. August. confess. Lips. 1584.

DAVID RUNGIVS.

Seu, Rundius, German. Theolog. Luther. Aug. Confess.

EIVS scripta edebātur Wirtemberg, ab anno 1594. vsque ad 1608.

DAVID SCHESTER.

DAVID SCHRAM.

Sivè, Schramus, seu, Schramius, Germanus, Philos. Lutheranus.

DAVID STANGIVS.

DAVID THONER.

DAVID WASIVS. Philol.

EIVS Encyclicorum, sivè Collationū Physicarum apud Antonium Bertramum.

Y 2 DA-

DICES  
librorum  
HIBITORŪ  
E. V.  
24.



DAVID Wetterus.

Theol. Calvin. scribebat Sangalli 1580.

DAVID Withedus.

DAVID Woitus.

DAVID Wolderus.

**E**IVS Donatus Hebraicus, continens  
rudimenta Hebraeae linguae. Ham-  
burgi, apud Iacobum Wolf. 1591.

In ipso libri initio, post adhibitam no-  
tam Auctori & operi.

Ex epistola dedicatoria, quae incipit,  
*Ex omnibus doctrinis*, pag. 8. ad finem, dele,  
nullis additum interpretibus. — Ibidem  
pag. 9. initio, post illa verba, *dici non potest*,  
dele usque ad, *Precum etiam*, exclus.

EX ALTERA PARTE RUDIMENTO-  
RVM sanctae Linguae, quae inscribitur,  
Praxis Donati Hebraici, &c.

Pag. 2. dele totum carmen, quod inci-  
pit, *Si, nisi quae Momo*, &c. — Ad finem ope-  
ris, ex carmine, quod inscribitur, *Hebraeae*  
*linguae studiosis*, &c. incipit. *Quae totum fuerat*,  
post illum versum, *Maiores eo tribui nomine*  
*debet honores*, dele usque ad finem epigram-  
matis. — Fol. penultimo, dele totum epi-  
gramma, quod inscribitur, *Lectori*, &c. inci-  
pit, *Sanctam quisquis*, &c.

DAVID Wolckostenius.

Seu, Wolckensteinus, Mathematicus, &  
Astronomus, & Musicus.

EIVS Omnia prohib.

DESIDERIVS Erasmus Roterodamus.

**E**X omnibus Operibus Des. Erasmi  
Roterodami, quaecunque ipse Auctor  
pro suis agnovit, novem Tomis distin-  
ctis, &c. Basileae, per Hieronymum Fro-  
benium, & Nicolaum Episcopium.

Anno 1549. Vt in fine I. Tomi habetur.

In prima omnium operum inscriptione,  
post illud, *Erasmi Roterodami*, adde, *Au-*  
*ctoris damnati*. — Et post illud, *perspicue ex-*  
*bibebunt*, adde, *haecenus prohibita, nunc vero*  
*cum expurgatione permissa*. — Initio vero

Operum Erasmi affigatur, haec Nota:  
*Opera omnia Erasmi caute legenda: tam multa*  
*enim insunt correctione digna, ut vix omnia*  
*expurgari possint.*

TOMO I.

Quae continet, quae spectant ad in-  
stitutionem Literarum.

In prima inscriptione, post illud, *Insti-*  
*tutionem literarum*, dele usque ad, *Addu-*  
*Indice copiosissimo*, exclusive. — Expungatur  
deinde tota Praefatio, seu epist. Beati Rho-  
nani ad Carolum V. Imper. quae incipit  
*Quanta semper laudi fuerit*, &c. finitur vero  
*Anno à Christo nato M. D. XL.* — In Ca-  
talogis duobus operum Erasmi, sive  
epist. Erasmi ad Ioannē Borzemiū Au-  
stemium, cui initium, *Non pateris Alister*  
&c. pag. 4. circa finem, post illud, *rebus la-*  
*dit fortuna*, dele omnia usque ad illud, pag.  
6. eiusdem epistol. in medio, *Ceterum que-*  
*niam videbam multos scriptores*, exclus. —  
P. 10. eiusd. epist. initio, post illud, *Depra-*  
*vatisimè excuderetur*, dele usque ad, *Admo-*  
*dum adolescens*, excl. — ead. p. à medio, post  
illud, *annotavi quadam*, dele usque ad, *polle-*  
*quam rursus è Lutetia*, excl. — & paulo  
inferius, post illud, *aliquandiu negligens*,  
dele usque ad, *Huic adieceramus*, exclus. —  
P. 11. eiusd. epist. ad fin. ibi, *edito specimine*  
*cophantias*, dele, *Sycophantias*. — P. 12. eu-  
dem epist. ante medium, post illud, *libro*  
*cōpescimus*, dele usque ad, *Quamquam id ex-*  
*ditis*, excl. — Ibidem paulo inferius, post  
illud, *excusum tamen clam*, dele usque ad  
*rursus venterunt distrahi*, exclusive. —  
ead. pag. à medio, post illud, & huius libelli  
*respondimus*, dele usque ad, *verum Pasqui-*  
*lius* exclus. — Pag. 13. eiusdem epist. sub  
initium, post illud, & omnino linguam ha-  
bet, dele usque ad, *Huic ludus est*, exclus. —  
Et à medio eiusd. pag. post illud, *inquam*, ne-  
gat penitentiam, dele usque ad, *quasi idem*  
*sublata sit satisfactio*, exclus. — P. 14. sub  
initium, post illud, *arceat à bonis literis*, de-  
le usque ad, *Quin & Novo Testamento*, ex-  
clus. — Pag. 15. à medio, post illud, *Lio-*  
*guis & calamo*, dele omnia usque ad illud,  
pag. 17. versus finem, *Ad Apologiarum*  
*opus*, exclus. — Pag. 18. à medio, post illud,  
*si tamen cuderetur unquam*, dele usque ad il-  
lud pag. sequentibus sub initium, *Hac erit*  
*illa techna*, exclus. — Pag. 19. ad medium,  
post illud, *tamen fortiter oblatrant* *qui-*  
*dam*, dele usque ad, *Epistolarum tantum*, ex-  
clusivè.

L18



## LIBRO II. DE COPIA RERV.

Titulo, *Decima dilatandi ratio*, pag. 74. ante medium, post illud, *Sic rem prius labefactet*, dele usque ad, *Post adteriam veniet*, exclusivè.

Eadem pagin. ante finem, post illud, *viam ad causam poterit*, dele usque ad, *Quandoquidem Christiana religio*, exclusivè. — Epist. ad Christophorum Vrseuicum, quæ præfigitur Luciani Dialogo, qui inscribitur, *Somnium*, sive *Gallus*, pagin. 209. ad finem Epistol. post illud, *ullus possit Gelotopios*, dele usque ad, *Vale optime*, atque humanissime, exclusivè. — Epistol. ad Ioannem Eurychium, quæ præfigitur Luciani Dialogo, qui inscribitur, *Convivium*, pag. 284. post illud, *omne genus laceret*, dele usque ad, *Hunc igitur libellum*, exclusivè.

## LIB. DE RATIONE CONSCRIBENDI Epistolæ.

Titulo, *De superstitione epistolæ*, pag. 33. ante medium, post illud, *cui periculo feceris*, dele usque ad titulum, *Quomodo dicendum*, *Vale*, exclusivè. — Titolo, *Exemplum Epistolæ suavis*, pagin. 359. initio post illud, *& calibatu relicto*, dele usque ad, *Santissimo coniugio indulgebis*, exclusivè. — Ead. pagina ante medium, post illud, *à maiorebus accepimus*, dele usque ad, *Quod si matrimonij*, exclusivè. — Et versus finem eiusdem pagin. post illud, *à conjugio abstinnit*, dele usque ad, *Virginitas eam decebat*, exclusivè. — Et in eodem exemplo Epistol. suavis *S. Sed quid de scriptis*, dele, *Stultorum Monachorum*. — P. 360. initio, post illud, *sumpta fuisse imago*, dele usque ad, *iam vero Mosaica lex*, excl. — Et paulò inferius, post illud, *Quamobrem tandem?* dele usque ad, *In Deuteronomio*, exclusivè. — Et paucis interiectis post illud, *in circuitu mensæ tuæ*, dele usque ad, *Hebræorum leges*, excl. — Ead. pag. prope mediū, post illud, *Christiana religio*, dele usque ad, *Quin* *Cæsar Augustus*, excl. — Pag. 361. à med. *S. Sed quid de scriptis*, post illud, *santissimas leges adduxisse*, dele usque ad, *Age vero*, quando, exclusivè. — Pag. 362. sub initium, post illud, *excultos inserire*, dele usque ad, *Apud Hebræos*, excl. — Et ante med. eiusd. p. post illud, *quicquam frustra facere*, dele usque ad, *Quasi vero matrimonium*, exclusivè. — Et à medio eiusdem pag. post illud, *Natura pa-*

*rendum*, dele usque ad, unde *nisi proficiatur*, excl. — Et paulò inferius, ibi, *illis hoc venie datum est*, dele, *hoc venie*. — Et paulò inferius, ibi, *Sacerdotum ac Monachorum privilegium*, dele vocem, *privilegium*. — Ibid. paucis interiectis, post illud, *sed sententiam interpretor*, dele usque ad illud, pagin. sequentibus ante medium, *Tum si in ceteris*, excl. — Pag. 363. ante medium, post illud, *Palinodiam sit invitatus*, dele usque ad, *Quare si quid natura sensus*, excl. — Pag. 364. ante medium, post illud, *delectari videmus*, dele usque ad, *Quid enim eo homine*, excl. — Et paulò inferius, post illud, *potius quam contemuntur*, dele usque ad, *Etiam si minima*, exclusivè. — Et paucis interiectis, post illud, *indignam contemnere*, dele usque ad, *ponatur si vis*, excl. — P. 65. à medio, post illud, *centum annos superari?* dele usque ad, *Nam expectamus, ut Iupiter*, exclusivè. — P. 366. ante medium, post illud, *coningij usum sustuleris*, dele usque ad, *Liceat e numerosa*, excl. — Titolo, *De Genere dissuasorio*, pag. 368. ante medium, post illud, *Hieronymus*, & alij qui, dele usque ad, *vires eloquentia*, exclusivè.

## EX DECLAMATIONE, PVEROS AD virtutem, ac Literas liberaliter instituendos.

P. 437. à medio, post illud, *illius, dum infans est*, dele usque ad, *Nostri virga sit liberalis*, exclusivè.

## IN PARABOLIS, SIVE SIMILIBVS.

P. 468. versus finem, *S. Et rex mundi*, post illud, *magna cura*, dele usque ad, *quemadmodum dicit Euripides*, excl. — P. 487. ante medium, *S. Non ut Cæneus*, post illud, *optando tantum*, sic, dele usque ad, *ut qui cubitum abiit*, exclusivè. — Pag. 491. sub initium *S. Et sacrificijs*, ibi, *Ita multo magis honorandus Principis*, dele, *in ultio magis*. — P. 504. à med. *S. Cypsum etiam*, ibi, *vitijque non potest refingi*, dele, *non*. — Ibid. paulò inferius *S. Et vitrum copia*, post illud, *magno in pretio futuri*, dele usque ad finem. — P. 507. à medio, *S. Quemadmodum Magi*, dele totum, *S. usque ad, S. Et anguria*, exclusivè. — Pag. 510. à med. *S. Luna semel*, post illud, *At homo*, dele usque ad, *nec repubescit senex*, exclusivè. — Ibidem paulò inferius, *S. Sol post occubitum redit. novus homo non item*, dele, *homo non item*. — P. 518. ante med. *S. Sicut picis*, post illud, *nonnunquam emoriantur*, dele usque ad finem. — P. 519. ante med. *S. Si fūco*

DICES  
librorum  
HIBITORU  
E. V.  
24.



alas ademeris, dele totum §. usque ad §. *Apes peragunt*, exclus. — P. 521. ante mediū, §. *Vt aqua laus est*, post illud, *requirimus eloquentiam*, dele usque ad finem §. — P. 522. propè medium, §. *Vt loci salubritas*, dele totum §. usque ad §. *Vt nihil minus*, exclus. — Ibidem in fine §. *Cedrus & Tuniperus*, post illud, *succo animus*, dele usque ad fin. §. — P. 523. ad medium §. *Arator nisi*, post illud, *Ita miles*, dele usque ad fin. §. — Pag. 524. ad finem, dele duos integros §§. nempe §. *Vt cibi male olentes*, &c. & §. *Vt panthera*, &c. usque ad §. *Vt qui hircosi*, exclus. — Pag. 525. ad medium, §. *Vt venti destituti*, post illud, *maximè efferrunt sese*, dele usque ad, *rum proximi exitio*, exclus.

## FAMILIARIA COLLOQUIA.

Expungatur totum Opus Familiarium Colloquiorum, cum epistola præfixa ad Ioannem Erasum, quæ incipit, *Vicit libellus*, &c. et altera epistola, De utilitate Colloquiorum, operi subiecta, cui initium, *Adeo nunc in omnes*, &c. Opus verò Colloquiorum, incipit, *Non temerè decet quidam*, &c. Continentur autem omnia à pag. 526. usque ad pag. 763. quæ per errorem est 673. inclusive.

## DIALOGO DE RECTA LATINI, GRÆCQUE Sermōnis pronuntiatione.

Pag. 768. versus finem, post illud, *gratus offerre possis*, dele usque ad, *Reperiuntur, qui suas*, exclus. — Pagin. 772. ante medium, post illud, *frangatur ac deiiciatur*, dele omnia usque ad illud, pag. seq. non longè à principio, *His rebus quidam fortasse magis*, exclusivè.

## DIALOGO, CUI TITVLVS, CICERONIANVS.

Pag. 815. à medio, post illud, cui se dicare exoptat, dele usque ad, à quibus fortasse non satis, exclus. — Ibidem paulò inferius, post illud, *ut isthuc malim*, dele usque ad, *Ceterum quando hoc*, exclus. — et in fine eiusdem pag. post illud, *Non miror*, dele usque ad, *NO. In huius igitur*, exclus. — P. 833. versus finem, post illud, *sint minus quam Ciceroniani*, dele usque ad, *Ciceronis fama labem*, excl. — P. 834. in fine, ibi, *ut per gratiam fidei iustificati*, dele vocem, *fidei*. — P. 835. sub initium, ibi, *ut persuasione*, muni-

ficentia ad innocentiam, dele, *persuasione munificentia*. — P. 852. sub initium, post illud, *magni molitus sis*, dele usque ad, *BY. C. radum Goclenium*, excl. — Eadem pag. ante medium, post illud, *accessit Germania*, *pluribus*, dele usque ad, *BY. Vlrico Zaslo plurimum laudis*, exclus.

## EPITOME IN ELEGANTIARVM Libros Laurentij Vallæ.

Litera P. pag. 918. in medio, post illud, & persona in divinitate, dele usque ad, *ter, Filius, & Spiritus Sanctus*, exclus.

## IN INDICE QUI EST INITIO OPERVM Tomo I. dele sequentia.

*Apostolis uxores fuisse*. — *Arbitrii libris invidiosum nomen*. — *Augustini frivola questionis*. — *Benedictini magis carmonis, quam pietati dediti*. — *Capitonis laus, & eruditio*. — *Caroli-stadij mentio*. — *Comentarum supersticio quanta pestis in Ecclesia*. — *Caremonis superstitionem seceditare*. — *Christus, & corpus eius missum, eadem persona*. — *Christum vocat Hieronymus creaturam, iuxta divinam naturam*. — *Christiane Religionis cum stultitia cognatio*. — *Chrysostomus contra monachos in solitudinibus commorantes*. — *In Chrysostomo orationis studium*. — *Chrysostomum reprehendere monachos*. — *Ciborum delectus ad viduam (mi) speciem pertinere*. — *Ciceronis pietas afflatum celesti numine*. — *Ciceronem apud superos esse*. — *Calibatus ex se nullam habere laudem*. — *Calibatum per se non esse pietatem*. — *Calibatus res hominum generi pestilentissima*. — *Concubinarum sacerdotes pingues reddunt proventum*. — *Confessio an à Deo constituta*. — *Confessio quare non videatur contemnenda*. — *Confessio auricularis an sit constituta à Christo*. — *Confessionibus arcana viduas abuti*. — *Confessionem auricularem reprobatur Chrysostomus*. — *Consuetudo olim Constantinopoli sublata*. — *Coniugium monachis, & nunquam præferendum*. — *Coniugium, quam Sacerdotium magis pacificum*. — *Coniugij Regula religiosior Franciscana*. — *Coniugij non imperitus Paulus*. — *Coniugium etiam Sacerdotibus in indulgendum pro tempore*. — *Constitutiones humana reddunt Evangelium lege ferme durius*. — *Crucis veneratio superstitiosa*. — *Cultus externus an negligendus*. — *Decreta Pontificum sæpe damnata à Pontificibus*. — *Divorum cultus superstitiosus*.



perstitiosi. — Divorum cultus superstitiosus. — Divorum cultu abstinuisse Erasmus. — Divorum auxilium sperare superstitio. — Ecclesiam errare posse. — Episcopus, Sacerdos, & Presbyter idem. — Erasmus superstitiosum Divorum cultum damnat. — Erasmi commendatio. — Erasmi cum Oecolampadio amicitia. — Evangelium olim in Ecclesia lectum vulgata lingua. — Evangelica brevis ceremoniarum loquacitatem aboluit. — Fabricij Capitoni laus. — Franciscana arcana sua solammodo in viduas evulgant. — Hæretici olim solo Verbo Dei oppugnati. — Hæretici non trucidandi ex Chrysostomi, & Hieronymi sententia. — Hæretici tolerandi. — Hæreticorum eximia quaedam virtutes. — Hæreticos servare est Sacerdotis. — Hæreticis favere sanctum aliquid. — Ad Hebræos epistola quis auctor sit olim dubitatum. — Ad Hebræos epistola quare non sit Pauli. — Helij Eobani laus. — Hieronymus matrimonio contumeliosus. — Hutteni candor. — Imago nulla in templis usque ad aetatem Hieronymi. — Imagines qua ratione toleratae. — Imaginum abusus. — Imaginum superstitiosus cultus. — Indulgentia Pontificum an utiles. — Indulgentiarum nundine. — Invocare sanctos an pium sit. — Invocatio sanctorum an probanda. — De invocatione sanctorum Scripturam nihil habere. — Ioannes Oecolampadius. — Liberum arbitrium vocabulum alienum à sacris literis. — Libertas Evangelica, omnia licere. — Lutheri doctrina cur à nonnullis repudietur. — Martinus Bucerus. — Matrimonium Sacerdotum. — Melanchthon ab Erasmo cur laudatus. — Melanchthonis fatalis gratia. — Melanchthon cur Lite comparatus. — Mendicantium vultuum cum paracho rixa iucunda. — Meritum hominis excludi. — Merita nulla. — Metus monachos suspiciendos facit. — Minorita, & Dominiani ad bellum insigant. — Missa an execranda. — Missa abusus. — Missarum nundinatio. — Mixtura naturarum in Christo. — Monachus pro una tres duxit uxores. — Monachi quomodo, & cur disciplinas contemnant. — Monachi taxantur. — Monachi nonnumquam verè patres vocantur. — Monachi quantum Religionem Christi incesant. — Monachi mendicorum calamitas. — Monachorum mendicantium ordo negotiationi similis. — Monachis quando cum pijs conveniet. — Monachis, quæ ex bello commoda. — Monachis etiā indulgendum coniugium. — Monachis obrectatoribus cuculla clypei loco. — Monasteria publica lupanaria. — Monasteria construere ma-

gis gloriæ quam pietatis causa. — Monastica vita an sit probanda. — Mulieres monachorum suffragijs maxime attolluntur. — Obrektionis morbus monachis pecaliaris. — Io. Oecolampadij mentio. — Otium ac lucrum sacerdotia facit grata. — Philip. Melanchthon. — Presbyteros olim Episcopis fuisse pares. — Protectiones ad sanctorum loca an utiles. — Quid, quatenus, & quantum Luther. — Reliquiarum veneratio superstitiosa notatur. — Reuchlini in Divorum numerum relatio. — Romanus Pontifex an universalis Ecclesie pastor. — Sacerdotium, &c. usque ad Sacerdotibus Deus cur, &c. excl. — Sacerdotiorum venatio Roma. — Sacrificantes Corpus Christi taxantur. — Sanctorum cultus superstitiosus improbat. — Scriptura sacra in omnes transferenda linguas. — Scripturam sacram in linguam popularem vertendam. — Scripturam divinam omnes legant. — Simonis Grynæi laus. — Superstitio Gregorij Pontificis. — Synodos convocabant olim Imperatores. — Vdalrici Hutteni laus. — Zuinglij mentio.

TOMO II. ADAGIORVM CHILIADIS, quatuor cum sesquicenturia complectente, &c.

Desiderij Erasmi Roterodami Adagia iam pridem edita à Paulo Manutio, vel ad illius editionis exemplar, excusa, aut correctæ permittuntur. Eorum verò, quæ iam antea edita fuerat, præsertim Basileæ, ex officina Frobeniana 1540. prodijt censura Collegij Theologorum in Belgio, in Indice Expurgatorio Philippi II. Regis Catholici iussu, concinnato, Anno 1571. quam quibusdam additis, & immutatis hic subieciimus.

## CHILIADIS PRIMÆ.

Centuria 1. Adagio 39. pag. 37. ad finem, post illud, *Sacris initiata pesser assequi*, dele usque ad, *Sic Plato numeris*, excl. — Centuria 2. Adagio 15. pag. 66. versus finem, post illud, *hemisichium carminis heroici*, dele usque ad finem Adagij. — Centuria 6. Adagio 74. Titulo, *Croeso, Crasso ditior*, pagin. 219. propè medium, post illud, *sanctus ille Philosophus*, dele usque ad, *cuius heredes in auctione*, excl. — Centuria 7. Adagio 33. p. 240. ante medium, post illud, *modò ars sit honesta*, dele usque ad finem Adagij. — Eadem Centuria, Adagio 77. pag. 257. initio, post illud, *dictu narrasse sibi visa*, dele usque ad, *Meminit*, & *Cicero*, excl. — Centuria 8. Adagio 82. pag. 282. ultra medium, post illud, *Apostolis sequendam proposuerit*, dele usque ad finem Adagij. — Centuria 9.

DICES  
librorum  
HIBITORUM  
E. V.  
24.



Adagio 12. pag. 295. in fine, post illud, & sepulchrorum immunitas, dele omnia usque ad finem Adagij. — Eadem Centuria, Adagio 55. pag. 311. sub initium, neque rerum usu praeditus, dele usque ad finem Adagij. — Eadem Centuria, Adagio 59. pag. 312. prope medium post illud, quam literatius addidisse, dele usque ad, M. Tullius ad Atticum, excl. — Eadem Centuria, Adagio 64. pag. 313. in fine post illud, Epimenidem somno vicisti, dele usque ad finem Adagij. — Eadem Centuria, Adagio 70. pag. 314. ad finem, post illud, Offenditur iniuriis tenuium, dele usque ad finem Adagij.

## CHILIADIS SECVNDÆ.

Centuria 2. Adagio 40. pag. 401. à medio, post illud, Non scurram possis agnoscere, dele omnia usque ad finem Adagij. — Centuria 5. Adagio 98. pag. 511. in fine, post illud, Longè post homines natos, dele omnia usque ad finem Adagij. — Centuria 8. Adagio 65. pag. 578. ad medium, post versum, Vi sicut oculis imminens, sic ille erat, dele omnia usque ad illud in fine Adagij, Opinor autem scios, excl. — Centuria 9. Adagio 4. pag. 588. prope medium, post versum, Tarquinij corpus bona femina lavit, & unxit, dele usque ad finem Adagij.

## CHILIADIS TERTIÆ.

Centuria 1. Adagio 1. pag. 683. in medio, post illud, Iuris Cæsarei Iustiniano, dele usque ad, Quid, quod inter hos, exclus. — Centuria 3. Adagio 1. pag. 683. initio, post illud, Quam quod titulo, specieque præ se ferebant, dele omnia per novem integras paginas, usque ad finem Adagij, nempe usque ad Adagium 2. Sarone magis nauticus, excl. — Centuria 5. Adagio 18. pag. 733. in fine Adagij, ibi, Sophisticas aliquas Scotistarum argutias, dele vocem, Scotistarum. — Centuria 7. Adagio 1. pag. 768. versus finem, post illud, quem ausis cum hac imagine componere, dele usque ad illud pag. seq. initio, Age si quis mihi tam physiognomon, exclusive. — Eodem Adagio pag. 774. ante medium, post illud, exiit, ac subinde repubescit, dele usque ad, Deinde in tantulo corpore, exclusive. — Centuria 10. Adagio 1. pag. 830. sub initium Adagij, post illud, prius ediscenda, quam intelligerentur, dele usque ad, Ac minimum quidem, exclus. — Eodem Adagio, & pagin. ad finem, post illud, quid oportet facere Christianos? dele usque ad finem Adagij.

## CHILIADIS QVARTÆ.

Centuria 1. Adagio 1. pag. 846. initio, post illud, Timiditatem, & cunctationem, dele omnia per sexdecim paginas, usque ad finem Adagij, nempe usque ad Adagium 2. Arguere vos vides, exclus. pag. 861. — Centuria 5. Adagio 24. pag. 939. ante medium, post illud, Hactenus Hieronymus, dele usque ad finem Adagij. — Centuria 7. Adagio 16. pag. 976. sub initium, post illud, sibi mihi blandientes, dele usque ad finem Adagij. — Eadem Centuria, Adagio 28. pag. 977. ad finem, post illud, nec urtica opus esse, dele usque ad finem §. — Eadem Centuria, Adagio 64. pag. 985. à medio, post illud, quam ventrem impetas, dele usque ad, Puto haec respexisse Terentium, exclus. — Centuria 8. Adagio 4. pag. 1003. ultra medium, post illud, ad obiectum questum abutuntur, dele usque ad finem Adagij.

## CHILIADIS QVINTÆ.

Centuria 2. Adagio 16. pagin. 1066. initio, post illud, herciscunda glorie arbitrio, dele usque ad finem Adagij.

## TOMO III. EPISTOLARVM OPVS completente, &amp;c.

Secuti sumus editionem Basilienis Frobenianam, anni 1538.

Ex Indice epistolarum, qui Operi præfigitur, expungantur sequentia.

Ioanni Oecolampadio, &c. — Ioannes Oecolampadius, &c. — Martino Buzero, &c. adde, Haresiarche. — Martinus Lutherus, &c. — Martino Luthero, adde, Haresiarche, & dele, 244. — Philippus Melancthon, &c. — Philippo Melancthoni, &c. adde, Haresiarche.

## LIB. I. EPISTOLARVM.

Epistola ad Petrum Barbirium, cuius initium, Amantissime tu quidem, &c. pag. 1. ad finem, post illud, à Christo fuisse institutum, dele usque ad illud, Deinde cum Arensis, exclusive. — Ibidem, pagina 5. ad medium, post illud, citra confessionem emori, dele usque ad, Ego è pauculis pagellis, exclus. — Et deinde post illud, rem Evangelicam, dele usque ad, tractaret, exclus. — Ibidem paulò inferius, à medio eiusdem paginæ, post



post illud, *in me concitarem*, dele usque ad, *Primus omnium*, exclus. — Et versus finem, eiusdem pagin. post illud, *Equidem, ut mihi videre videor*, dele usque ad, *Nihil placeat*, quod, exclus. — Paulò inferius, ante medium eiusdem paginæ, post illud, *verius quæ Theologiæ*, dele usque ad, *qui præpostero iudicio*, exclus. — Et versus finem, eiusdem paginæ, post illud, *vetustis Auctoribus collocari*, dele usque ad, *Quid multis*, exclus. — Eadem Epistola pagina 7. post initium, post illud, *flagellet populum suum*, dele usque ad, *Verum ea res*, exclus. — Ibidem paulò inferius, ante medium eiusdem paginæ, post illud, *aggrediar aliquid*, dele usque ad, *ad comescendum hoc*, exclus. — Et à medio eiusdem paginæ, post illud, *Fingor Lutheranus*, dele usque ad, *Sed tamen video*, exclus. — Et in fine eiusdem paginæ, post illud, *rabiosas obirectiones*, dele usque ad, *Nulla est computatio*, exclus. — Epistol. ad Wolfgangum Fabricium Capitonem, cuius initium, *Non sum equidem*, &c. Ibidem pagina 9. ad medium, post illud, *plusculum erat negotij*, dele usque ad, *verum hoc quoque*, exclusivè. — Et ad finem eiusdem paginæ, post illud, *obnoxiam iam invidia*, dele usque ad illud, paginæ sequent. ante medium *Efficacissime refellit*, exclus. — Eadem Epistol. pagina 10. ad finem Epistol. post illud, *offundant oculis hominum*, dele usque ad, *Reverendo Patri*, exclus. — Epistol. ad Stephanum Poncherium, cuius initium, *Quamquam Francia*, &c. pagina 11. versus finem, post illud, *penetrata progressus*, dele usque ad, *In hunc usum*, exclus. — Epistol. ad Guilielmum Budæum, cuius initium, *Iam ò grammato-phoros*, &c. pagina 15. versus finem, post illud, *tantas res aggrediar*, dele usque ad, *In Chiliadibus*, exclus. — Eadem epistol. pagina 16. sub initium, post illud, *Se ge alithevein*, dele usque ad, *Nec mihi deero*, exclusivè. — Epistol. ad eundem, cuius initium, *Ne tu homo*, &c. pagina 34. ante medium, post illud, *Neque id sine magno meo malo*, dele Græca, quæ sequuntur usque ad, *Porro quod putas*, exclus. — Epistol. Francisci Deloini ad Erasmus, initio paginæ 37. ante medium, post illud, *Miraberis forsitan Erasme*, dele usque ad, *Quid me potissimum*, exclusivè. — Et à medio eiusdem pagin. post illud, *contemnunt, aut negligunt*, dele omnia usque ad illud prope finem epistol. *Quod superest, Deum optimum*, exclus. — Epistol. Guilielmi Budæi

